

612—617.

175

preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolo I mansum in *Clophheim*, cum edificio superposito, et pomariis, et terra arabili, pratis, et siluis, et omnibus que in ipsa marca habere uisi fuimus, et mancipia his nominibus, Fridebertus et coniux eius Liuda, Willihelm, Berolf, Dancolf, uel quidquid Haddo genitor noster nobis ibidem hereditauit tradimus de iure nostro in ius et dominium sancti N. atque transfundimus in dei nomine perpetualiter ad possidendum stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., idvs oct. S. Hadonis, Titmanni, Geroldi, et Gerniu genitricis eorum qui hanc donationem fecerunt. S. Winirammi, et Erpholdi. Reginbertus scripsit.<sup>a)</sup>

616. (Reg. 3169.)

Donatio Guntuuini in Clophheim. Lüdowico imperatore. Adalungo abbate.

Nos in dei nomine Guntwin et Engilsuint donamus pro remedio animarum nostrarum ad sanctum Christi mrem. Nazarium qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio Laur., ubi uir uenerabilis Adalungus abba preesse uidetur, donatumque in perpetuum esse uolumus I mansum, in *Clophheim*, et iurnales XVII, et bifangos II, et pratum ad duas carradas feni, a die presenti tradimus atque transfundimus in dei nomine perpetualiter ad possidendum, stipulatione subnixa. Actum in monasterio Laur., XIII kl. sept., anno VIII regni d(om)ni Lödowici imperatoris. S. Guntuuini, et Engilsuinde qui hanc donationem fecerunt. S. Hadeberti, Cuniberti, Brunichonis, Spilihardi<sup>1)</sup>, Guntrammi<sup>2)</sup>, Snelhardi, Wisurandi, Folemari, Engilhardi.<sup>1)</sup> Altuuinus scripsit.<sup>a)</sup>

#### SICKENHEIM.<sup>b)</sup>

617. (Reg. 25.)

Donatio Sigeberti. Pippino rege. Gundelando abbate.

In Christi nomine II idus martii, anno XIII regni d(om)ni nostri<sup>c)</sup> Pippini regis, ego Sigebertus pro dei intuitu uel pro anime meę remedio seu et pro ęterna retributione per hanc cartulam donationis siue testamentum, dono a die presenti ad sanctum Nazarium mrem. qui requiescit in corpore in pago rinensi in monasterio quod uocatur Laur., super fluuium Uuisscoz sito, uel ad illam sanctam congregationem monachorum qui ibidem deo seruire uidentur, ubi uir uenerabilis Gundelandus abba preesse dinoscitur, donatumque in perpetuum esse uolo, et promptissima uoluntate confirmo, hoc est rem meam in *pago lobodoninse*, in uilla cognominata *Sikkenheim* de terra araturia iurnalem I quem de iure meo in ius et dominationem sancti N. dono, trado, atque transfundo perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die habeatis iure habendi, donandi, tenendi, co(m)mutanti, uel quidquid exinde facere pro utilitate monasterii uoueritis liberam ac firmissimam in omnibus habeatis potestatem. Si quis uero quod fieri non credo, si ego ipse aut ullus de heredibus uel proheredibus meis, seu quislibet qui contra hanc donationem a me factam uenire temptauerit uel infringere, aut immutare uouerit, imprimis iram dei omnipotentis et sancti Nazarii incurrat, et insuper inferat partibus sancti N. una cum cogente fisco auri libram I, argenti pondera duo multam<sup>d)</sup> sustineat,

a) s mit i darüber: scripsi?      b) Am Rande für diese Rubrik vorgemerkt: Sickenheim.

c) Karoli getilgt.

d) multa mit einem von anderer Hand nachgetragenen Kürzungsstrich für m.

616] <sup>1)</sup> 377 Anm. 5.

<sup>2)</sup> Ein Guntram in Weinheim als Lehnsman des Kl. Prüm, Beyer, Mittelrh. U.-B. I, 65 (826) ist wohl der auch im Cod. oft genannte Edle; seine Gleichheit mit obigen ist fraglich.